

**Digressiones quartae et supremae temporibus Coronaviri
bona pace et permissu Georgii Pasquali
“Senza condizionalità”. Quidnam sonat?**

S.V.V.B.E.E.E.V.

His quadraginta quinquagintave diebus quibus ex principis consilii administrorum Rei Publicae Italicae moderandae decretis remoti atque paene segregati vivimus vitamque magna ex parte domi degimus, ad servanda vitam nostram, ut scriptum videmus, atque nostrorum civium, ex me saepe quaesivi quae sit vis novati modo usitatisque vocabuli “condizionalità”, quod videtur ductum esse non ex “condizione”, sed ex “condizionale” (iam latine condicionalis-e) quae voces, etsi eadem est iis origo, cum haec ab illa manet, et utraque e “condīco”, non idem declarant. Itaque puto hanc quaestionem neque ratione aut disciplina sed simpliciter et pingui-ut aiunt- Minerva, illustrandam litteris latinis vobisque praebendam ut de ea iudicare possitis.

Nolite autem a risu abstinere, res, enim, est ridicula, aut prorsus deridicula, si “condizionalità”, quae in lexicis italicis vulgo usitatis reperiri non potest, per pravam imitationem ducta est, ut hodie est mos, ex anglica voce “conditionality”, quae in quodvis lexicon anglicae linguae relata est, quaeque ipsa est a sermone latino derivata, et nihil aliud significat quam “stato, carattere condizionale”, non aliter, igitur, atque familia verborum italica. Quid opus fuit vocabulum prope novatum adhibere idemque ab exemplari anglico, quod vocem latinam perpetuat? Nihil mirum re vera, si quidem saepe multi malunt anglice dicere “rumors” “chiacchiere, dicerie, notizie non controllate o di corridoio”, quam “rumores”, quae est vox latina ex qua anglica oritur, immo eadem est, quamque iam in Annalibus Enni legimus, teste Cicerone in eo

libro, qui Cato Maior de senectute inscribitur. Et alia multa praetermitto.

Quocumque res se habet, audivi et audivistis multos viros publicos peritosque scilicet rei publicae gerendae hoc vocabulo uti in colloquiis, quae Bruxellis acta sunt et adhuc aguntur a nostris legatis cum collegis ceterarum nationum Unionis Europaeae. In quibus quidem de pecunia agitur aut donanda aut credenda certa lege aut denique credenda sine ulla condicione ab Unione aliquibus foederatis (parum vere!) Europae Unitae Civitatibus, quae ex deficienti aerario laborantes magna nummaria difficultate afficiuntur ob publici aeris alieni immensum pondus et pecuniae numeratae egestatem, eo ut aegre revirescere atque reflorescere multi rei oeconomicae periti posse inopia oppressas pecuniae praesentis has nationes arbitrentur, hoc magno ob Coronaviri contagionem discrimine pancosmio manente.

Quae autem vox, ut solet plerumque fieri, statim innotui et manavit cum in teleorasi, ut graeco nomine utar, in ore multorum commentatorum rerum publicarum (in Italia quis non profitetur esse se rei publicae administrandae peritissimum sicut ceterarum rerum), tum etiam in declarationibus ac renuntiationibus hominum publicorum, quae pares et infensae crebrescunt, eo tantum consilio ut cives decepti ludificentur. Qui cives porro, docti et indocti, vocabulo utuntur neque quae sit eius vis origoque bene sciunt.

Satis constat, inter paucos quidem, sed spero inter multos, senatores nostros et a populo legatos aliosque multos hoc novo vocabulo “condizionalità” uti cum particula privativa “senza”- ad augendam videlicet linguam italicam nostrumque sermonem, qui profecto non egent vocabulis- ut notent definiantque quibus rationibus summa pecuniae subsidii causa credita possit accipi una et praecipua lege, ne reddatur nisi certis condicionibus quae etiam a debitore constituentur, id est, ut veniamus ad nos, quomodo pecunia credita Italiae a Collegio delectorum Europaeo non

obiciatur ulli obligationi vel sanctioni, cuius vi auctoritateque quaedam summa credita Consilium efflagitet ut brevi reddatur aut alia re compensetur, aut liberalius nihilominus perniciose statuat ipsum per se quibus rationibus et temporibus, nullo mutuo pacto, reddatur.

Sin aliter, opinantur fieri ut Italia cogatur illos excipere tresviros (russico vocabulo troika), nolo dicere triumviros, rebus oeconomicis nostris administrandis, haud secus atque aliquot abhinc annos coacta sit Graecia. Addunt porro quod Graeci cum obligati essent pecuniam reddere iniquissimo fenore in paupertatem esse reductos, Graeciamque oppressam et prope demersam.

Quibus omnibus dictis, possumus consentire hoc nomen prope novatum esse. Nam neque in *Lexico totius latinitatis* neque in *Thesaurus linguae latinae* continetur *condicionalitas; non potui inspicere R. E. Latham, *Revised Medieval Latin Word-List from British and Irish Sources*, sed in *Lexico italicae linguae* Battaglia, quod id temporis consulere potui novis mirificis instrumentis computatoriis usus, adiuvante Franzo Migliore, repperi vocem “condizionalità” semel adhibitam a B. Croce: “non si può distaccare dal cosiddetto ambiente, cioè dalla condizionalità storica”, id est “complesso delle circostanze che condizionano e determinano situazioni ed eventi”. Et Petrus Bembo usus semel est adverbio “condizionalmente”. Puto omnino nomen inolitum et abs re esse.

Probabilius igitur est, ut supra dixi, nomen esse ex “condizionale” vel potius ex “conditionality” deductum. Sed mihi ferme molestum et parum est perspicuum, quod nihil aliud declarat quam dicentium non dico inscitiam, sed amorem insoliti atque inanis laboris, et quibusdam tantum deverticulis flexionibusque potest valere “condizionalità”, prout volunt nostri significare. Nam liquet pactionem non continentem “condizionalità”, nihilominus posse quasdam condiciones continere. Qua de re volo nonnullas voces latinas perpendere et excutere, quae sit earum vis et inquirere

liceatne nobis iis uti aut ex iis quoddam verbum ductum reperire quo utamur pro “condizionalità”, necne, eo consilio ut vitemus neque audiamus istud malum vocabulum ne dicam deforme! Res perfacilis factu fuisset, si bene adhibuissent linguam italicam, quod autem difficillimum exstitit nostris Viris illustribus.

Simplicissimum fuit uti vocabulo “condizione ” pernoto atque perspicuo, quod oritur a latina voce “condicio” quae sonat “pactio certam legem continens”. “Senza condizioni”, igitur, est latine “sine condicione”, sicut “senza condicione alcuna” est “sine ulla condicione, nulla condicione”. Non est qui non videat voces congruere, cum significatio hic non sit italice “a discrezione”, e. g. “resa senza condizioni, cioè a discrezione, incondizionata”, quae verba aliud ostendunt et latine sonant “deditio in fidem et in dicionem alicuius; in alicuis fidem et potestatem se permittere”. Ergo dicendum erat simpliciter “senza condizioni”: si ita dixissent, omnes intellexissent. Licuit et latine “sine ulla condicione”, “sine condicionibus” “nulla condicione” , nulla lege vetante adhiberi linguam latinam.

At dixerit sane quispiam ambiguitatem quandam manere. Esto, quamquam supra demonstravi hoc fieri nullo modo posse. Sed, re breviter considerata et viris doctis rogatis sententiam, nonne...? Non visum est. Atqui omnes vident novum vocabulum, “condizionalità”, non solum esse foedum, sed etiam afferre multo plus difficultatis quam “condizione”, quae, si vera loqui volumus, nullam affert neque difficultatem neque ambiguitatem.

Proinde e memoria tollamus “senza condizionalità” et recte utamini “senza condizioni”, cum et sine adiectivo, quod adhiberi negat nemo. Non desunt autem in lingua latina alia verba quae idem valent, ex quibus unum saltem eleganter et subtiliter posset a nostris legatis et viris publicis in hoc negotio adhiberi, cum nulla sit, ut supra dixi, lex quae Bruxellis et Argentorati vetet quemquam uti

lingua latina, quae antehac inter alios et a viro amplissimo Mario Capanna iam adhibita sit.

Videamus primum quid valeat *condictio*: haec vox declarat *pactionem* inter partes, praesente magistratu, ut veniant die statuta ad iudicem, id est in iudicium; latiore sensu est quaelibet in personam actio et vindicatio quae ad rei recipiendampertineat; eademque, igitur, declarat cum negatione id quod nostri volunt ostendere cum dicunt “senza condizionalità” : “rem quandam vel pecuniam quae sit sub condicione vel lege ne reddatur aut ut reddatur certis quibusdam condicionibus ac temporibus quae et debitores constituerint et exceperint”. “Nulla condicione, sine condicione” latine idem significant quod italice “senza condizioni”. *Condictum* est enim quod in communi est dictum. Quam elegantiam, quam subtilitatem, quam gravitatem coram legatis Europae in illo Consilio, si latine locuti essent! Quam exculti doctrina et eruditi nostri legati habiti essent ac fide digni et probabiles!

Tum quid valeat *adiectivum condicionalis -e*, (quod *adiectivum* invenitur apud iuris peritos mediae quae dicitur aetatis, a quo “in potentia”, hoc est vi et natura, **condicionalitas*. Sed prorsus?): *codicionem* habens *adiunnctam*, “sub condicione, cum condicione” “sotto condizione”; cum negativa particula “non”, idem est quod italice “senza condizione”. Sed est verbum obsoletum neque potest latine adhiberi, nisi a iuris peritis in doctis disputationibus de iure et de legibus latinis, praecipue in statu servi definiendo, certo muneri semper praepositi, ut legimus in Gaio.

Nam consuetudo -ut ait Quintilianus- vero certissima loquendi magistra, utendumque plane sermone ut nummo, cui publica forma est, abolita autem atque abrogata retinere insolentiae cuiusdam est et frivolae in parvis iactantiae. Italica vox “condizionale” hinc oritur, sed praeter usum grammaticorum, valet peculiariter “prolatio poenae”, italice “differimento della pena, sospensione

dell'esecuzione per un periodo di tempo", quae vis parum et difficulter congruit cum "condizionalità", ut supra iam vidimus.

Denique adiectivum condicionabilis-e (et adv. condicionabiliter), quod cogitatione, meo quidem iudicio, idem quod re declarat condicionalis. Idemque verbum mihi videtur sapere nimis infimam latinitatem, fortasse mediam quae dicitur aetatem, et adhibetur a iuris peritis. Vox italica "condizionabile" videtur mihi praebere significationem parum perspicuam, quae aegre percipi possit in re nostra.

Quid plura. Manifestum re vera est nostros quidem homines publicos vitiose locutos esse quod non satis de eligendis verbis meditati sunt, cum verborum delectus sit semper habendus, praesertim in rebus tam magnis, et melius aptiusque uti potuisse lingua nostra, me vero voluisse tantum ludere mecum, vel potius, cum Horatio nostro, nugari quidem, neminem autem illudere.

Parvum demum vitium est, certo culpa est, sed non flagitium neque scelus, nedum peccatum capitale neque mortale neque mortiferum: non idcirco corrui orbis terrarum.

Vos huius parvulae rei, Vincentio Di Falco quid sentiret rogato, participes facere volui.

Curate ut valeatis

Sebastiano Amato

SEGUE LA TRADUZIONE

DI GIANPAOLO ANDERLINI E CARLA BARANZONI INVIATACI DA LUIGI RIGAZZI:

Quarta e ultima digressione ai tempi del Coronavirus

con buona pace e col permesso di Giorgio Pasquali

“Senza condizionalità”. Cosa mai significa?

Se state bene, bene; anche io sto bene.

In questi quaranta o cinquanta giorni in cui per i decreti del Presidente del Consiglio dei ministri della Repubblica Italiana siamo vissuti lontani e quasi

separati e abbiamo passato la vita in gran parte in casa per salvare la nostra vita, come troviamo scritto, e quella dei nostri concittadini, mi sono spesso chiesto quale sia la forza del vocabolo ora rinnovato e si uso comune “condizionalità”, che sembra essere derivato non da “condizione” ma da “condizionale” (latino *condicionalis*). Queste parole, anche se hanno la stessa origine e l’una derivi dall’altra ed entrambe da “condico”, non hanno il medesimo significato. Pertanto ritengo che questo problema, non con ordine o disciplina, ma in modo semplice e, come si dice, col buon senso, sia da trattare in lingua latina e da sottoporre a voi in modo che possiate giudicare. Non volgiate poi astenervi dal riso, la cosa infatti è ridicola e per di più risibile, se “condizionalità”, che non si può reperire nei dizionari italiani di uso comune, è fatta derivare, per una cattiva imitazione come oggi si usa, dalla parola inglese “conditionality”, che è riportata in qualsivoglia dizionario inglese, e che deriva dal latino ed altro non significa che “stato, carattere condizionale”, non diversamente pertanto dal gruppo italiano di parole. Che bisogno c’era di utilizzare una parola di nuova formazione derivante dall’inglese, che a sua volta continua la parola latina? Non c’è per nulla da meravigliarsi se molti preferiscono spesso dire in inglese rumors “chiacchiere, dicerie, notizie non controllate o di corridoio”, piuttosto che “rumores”, parola latina da cui deriva quella inglese, ed è la stessa che leggiamo negli Annali di Ennio, secondo la testimonianza di Cicerone nel libro *Cato maior De senectute*. E tralascio molti altri esempi.

Comunque sia la cosa, ho udito e avete udito che molti uomini pubblici ed esperti nella gestione della Cosa pubblica hanno usato questa parola in colloqui che si sono tenuti a Bruxelles e che ancora si tengono a da parte dei nostri delegati con i colleghi delle altre nazioni dell’Unione Europea. In questi colloqui si parla di denaro o da donare o da dare a credito con norma certa o infine da dare a credito senza alcuna condizione dall’Unione con alcune nazioni dell’Europa Unita federate (non sembra vero!), che in crisi per un erario non adeguato sono afflitte da difficoltà monetaria per il grande peso della spesa pubblica altrui e per la povertà di moneta stampata, a tal punto che molti esperti di economia pensano che queste nazioni, gravate dalla presente mancanza di denaro, possano riprendere forza e rifiorire, qualora permanga questa grande diversità derivante dalla pandemia del Coronavirus.

Questa parola poi, come spesso accade, subito ha preso piede tanto in televisione, per usare il termine greco, sulla bocca di molti commentatori politici (in Italia che non ammetterebbe di essere molto esperto nell’amministrare la cosa pubblica come le altre cose), quanto anche nelle dichiarazioni e negli annunci degli uomini pubblici, che crescono favorevoli e contrarie, con il solo obiettivo di dileggiare i cittadini ingannati. I cittadini poi, dotti o ignoranti, usano la parola anche se non sanno bene quale ne sia la forza e l’origine.

E' risaputo, fra pochi certo, ma spero fra molti, che i nostri senatori e i deputati e molti altri usano questa nuova parola con la particella privativa "senza"- per aumentare certo la lingua italica e il nostro idioma, che certo non mancano di parole – per indicare e definire con quali criteri possa essere ricevuta una somma di denaro come sussidio con la sola e fondamentale legge, che non sia resa se non a condizioni certe, che siano stabilite anche dal debitore; cioè, per venire a noi, in che modo il denaro dato a credito all'Italia dal Collegio europeo degli eletti non sia sottoposto a nessuna obbligazione o sanzione, per la cui forza e autorità una somma data a credito non spinga il Consiglio a farla rendere a breve o a farla compensare con altra modalità, o con maggior liberalità ma in modo certamente dannoso a stabilire da sé con quali modalità e tempi, senza alcun patto reciproco, renderla.

Nel caso contrario, ritengono che accada che l'Italia sia costretta ad accogliere i treviri (troika con parola russa), no voglio dire triumviri, per amministrare i nostri affari economici, non diversamente da come anni fa è stata costretta a fare la Grecia. Aggiungo poi che i greci, costretti a rendere il denaro con un interesse molto iniquo, sono stati ridotti in povertà e che la Grecia è stata oppressa e affondata.

Detto tutto ciò, possiamo ritenere che questo nome è del tutto nuovo. Infatti né nel *Lexico totius latinitatis* né nel *Thesaurus linguae latinae* è contenuta la parola *condicionalitas*; non ho potuto controllare R. E. Latham, *Revised Medieval Latin Word-List from British and Irish Sources*, ma nel Lessico delle lingua italiana di Battaglia che ho potuto consultare facendo uso degli strumenti informatici, con l'auto di Franco Migliore, ho trovato la voce "condizionalità" utilizzata una sola volta da B. Croce "non si può distaccare dal cosiddetto ambiente, cioè dalla condizionalità storica", cioè "complesso delle circostanze che condizionano e determinano situazioni ed eventi". E Pietro Bembo ha usato una sola volta l'avverbio "condizionalmente". Penso che il nome sia del tutto insolito. E' più probabile pertanto che, come ho detto sopra, il nome derivi da "condizionale" o piuttosto da "conditionality". Ma per me è del tutto molesto e poco perspicuo, perché nient'altro dichiara che non dico l'insipienza dei parlanti ma l'amore di un'insolita e inane fatica, e soltanto con certe digressioni e divagazioni può avere il valore di "condizionalità", secondo quanto i nostri vogliono significare. Infatti è evidente che un patto che non contiene "condizionalità" possa contenere alcune condizioni. A proposito voglio esaminare alcune parole latine e verificare quale sia la loro forza e ricercare se sia lecito a noli usarle o trovare qualche parola che ne derivi da usare al posti di "condizionalità", ed anche con l'intento di evitare e di non udire codesta parola pessima per non dire deforme. La cosa sarebbe stata facilissima a farsi, se si facesse uso della lingua italiana, cosa che alquanto difficile da farsi per i nostri Uomini illustri.

Sarebbe stato semplicissimo usare la parola “condizione” nota e adatta, che deriva dalla parola latina “condicio” che vuol dire “patto che contiene una legge certa”. “Senza condizioni”, pertanto in latino è “sine condicione”, come “senza condizione alcuna” è “sine ulla condicione, nulla condicione”. Non c’è chi non vede che le parole siano congruenti, in quanto il significato non è in italiano “a discrezione”, ad esempio “resa senza condizioni, cioè a discrezione, incondizionata”, parole che significano altro e che in latino sono: “deditio in fidem et in dicionem alicuius; in alicuis fidem et potestatem se permettere”. Pertanto di doveva dire semplicemente “senza condizioni”: se così avessero detto, tutti avrebbero compreso. Sarebbe stato lecito anche dire in latino “sine ulla condicione”, “sine condicionibus” “nulla condicione”, dato che nessuna norma vieta di usare la lingua latina.

Ma qualcuno potrebbe dire che rimane una certa ambiguità. Sia, anche se sopra ho dimostrato che questo non può in alcun modo accadere. Ma, considerata brevemente la cosa e chiesto il pare di uomini dotti, forse ...? Non parve giusto. Quindi tutti vedono che il nuovo vocabolo, “condizionalità”, non solo è sgradevole, ma che apporta molte più difficoltà che “condizione”, che, se vogliamo dire il vero, non apporta nessuna difficoltà né ambiguità. Quindi togliamo dalla memoria “senza condizionalità” e usiamo in modo corretto “senza condizioni” con o senza aggettivo, che nessuno dice che non si possa utilizzare.

Non mancano poi nella lingua latina altre parole che abbiano lo stesso valore, delle quali una con eleganza e sottigliezza può essere utilizzata dai nostri delegati e uomini pubblico in questo affare, non essendoci, come ho detto sopra, una legge che a Bruxelles o a Strasburgo vieti a qualcuno di usare la lingua latina, che prima d’ora fra i tanti è stata usata da un uomo famosissimo, Mario Capanna.

Consideriamo in primo luogo che valore abbia *condictio*: questa parola indica un patto fra parti, alla presenza di un magistrato, per venire nel giorno stabilito da un giudice, cioè in giudizio; in senso più lato è qualsiasi atto contro una persona e rivendicazione che riguardi il recupero di una cosa; anche questa parola, pertanto, indica con la negazione ciò che i nostri vogliono mostrare quando dicono “senza condizionalità”: una cosa o denaro che sia sotto condizione o legge per non essere restituito o per essere restituito a certe condizioni o nei tempi che anche i debitori abbiano stabilito e accettato. “Nulla condicione, sine condicione” in latino significa ciò che in italiano è “senza condizioni”. *Condictum* è infatti ciò che è detto in comune. Che eleganza, che sottigliezza, che alto tenore al cospetto dei delegati dell’Europa in quel consiglio, se avessero parlato in latino! Quanto ricchi di sapienza ed eruditi sarebbero stati considerati i nostri delegati e degni di fede ed apprezzabili!

Ecco allora che valore ha l’aggettivo *condicionalis* -e, (aggettivo che si trova presso esperti di diritto di quella che è detta età di mezzo, da cui in potenza, cioè per forza e per natura, deriva **condicionalitas*. Ma è proprio così?): che ha una

condizione aggiunta, “sub condicione, cum condicione” “sotto condizione”; con la particella negativa non, cioè ciò che in italiano è “senza condizione”. Ma è una parola obsoleta e non può essere utilizzata in latino se non dagli esperti di diritto in dotte dispute relative al diritto e alle leggi latine, soprattutto quando si definisce lo stato dello schiavo, sempre soggetto a un prestazione certa, come leggiamo in Gaio. Infatti la consuetudine – come dice Quintiliano – è la più sicura maestra del parlare e si deve usare la lingua come una moneta. che ha forma pubblica, quindi conservare le cose abolite e abrogate è segno di una certa insolenza e di una frivola presunzione nei piccoli. La parola italiana “condizionale” viene da qui, ma oltre l’uso dei grammatici, vale in modo peculiare “differimento della pena, sospensione dell’esecuzione per un periodo di tempo”, che poco o per nulla ha a che vedere con “condizionalità”, come sopra già abbiamo visto.

Infine l’aggettivo *condicionabilis*-e (e l’avverbio. *condicionabiliter*), che è ciò che col pensiero, col mio giudizio, ciò che di fatto si definisce “condizionale”. E la stessa parola mi sembra essere propria della bassa latinità, forse di quella che si chiama media età, ed è utilizzata dagli esperti di diritto. La parola italiana “condizionabile” mi sembra che offra un significato poco perspicuo, che difficilmente può essere colto nel nostro fatto.

Che dire di più? E’ di per sé manifesto che i nostri uomini pubblici hanno parlato in modo improprio perché non hanno pensato a come scegliere le parole, quando la scelta delle parole deve sempre essere presa in considerazione, soprattutto in cose tanto grandi, e che avrebbero potuto usare in modo migliore e più adatto la nostra lingua, io invece ho voluto soltanto giocare con me stesso o piuttosto, col nostro Orazio, occuparmi di cose leggere, senza prendermi in giro nessuno.

Sentito il parere di Vincenzo De Falco, ho voluto farvi partecipi di questa piccola cosa.

Fate in modo di stare bene.

Sebastiano Amato

Traduzione di GIANPAOLO ANDERLINI e CARLA BARANZONI